

Z f
6205

F. K. 110.

RAMSDOREI disceptatoris in mentis eius
studiorum dubitinationem, das in bibliotheca Anno 28.
XVIIE, ac maxime loco exercit dumque, utipsc
conveniens, in delegata, in necessitis discipulis, duo
jovis quibus, etiam in letatione, dospide dispensatio, quo
decorum, sapio, etas etas, niamque, tibiora, e.
comit, iobigatior. OTI M. PAPENI 12 diebus
nisi excepimus, sicut, etiam, excepimus
dico, obsecros.
aliquantum.
PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
HENRICVS Elausing
THEOLOG. DOCT. ET PROF
P. EXTRAORD. LOG. ET METAPH.
ORDINARIUS
CIVIBVS ACADEMICIS
S. P. D.



Non uenit nobis in mentem subuereri, ne de dignitate, personaque, quam uiuus inter purpuratos sustinuit, HERMANNI VOLF RAMSDORFI detrahamus, si merita eius, atque amplitudinem, qua in praecipuo Aulae Saxonicae, ac maxima loco eluxit quondam, antehac contemplati, illius in praesenti, in secessu quiescentis, solitudinem persequamur, quasique Tusculano, quo se contulit, adito, eius acta, uitamque, proprius, et coram, inspiciamus. OTIVM SAPIENTIS dicunt ueteres, quod M' Seneca latius exponendum duxit, neque ab existimatione, atque auctoritate, magni, praeclarique, uiri alienum posuerunt uitae, ac disciplinae, magistri, non uno tamen, ut fit, iudicio aestimarunt. Duas, quae dissideant, sibit mirari sententias, alteram Epicureorum, alteram Stoicorum. Quorum quidem illi non dant Sapienti ad rempublicam aditum, nisi si quid interuenerit, hi uero Sapientem ad rempublicam, nisi si quid impedierit, capessendam, acrius cohortantur. Vtrique ad otium diuerso itinere, itaque elegant, ut alteri otium ex proposito, alteri ex causa, pertainant. Sed tamen cedat Epicureorum leuitas Stoicorum grauitati, illorum uoluptaria mollities horum rationi, qua Sapienti quies conceditur, si respublica corruptior est, quam ut adiuuari possit, si occupata est malis, ubi frustra nititur ille, seque, nihil profuturus, impendit, si parum habebit auctoritatis, aut uirium, si ualitudine impeditur. Quamuis autem caussis tam grauibus a republica reuocetur, ex lege tamen sententiaque eiusdem disciplinae, non committet, ut languori se tradat, sed ad contemplationem ueritatis tota mente incumbeat, et rationem uiuendi quaeret, atque exercebit secreto, idque uel a prima aetate, uel emeritis iam stipendiis, et aetate affecta. Cuius quidem prudenteriae instituto recte, si quisquam, usus est Hermannus. Cum enim iis florerer virtutibus, quae ei principem in amici-

amicitia Maximorum Principum conciliarent locum, auctoritate certe, ac gratia, qua apud Ioannem Georgium I, et II, Septemuiros creandis Imperatoribus fama immortales, plurimum potuit, patriam uel commodis cumulare, uel incommodis liberare, adeo nunquam destitit, ut in Aulae fastigio perinde, quasi in ipsa reipublicae specula, a Deo collocatus uideretur. Viget haec laus in animis hominum, nec longinquitate temporis obteretur, aut euanesbet, sed liberis posterrisque prodetur, neque magis ad decus tanti nominis, tantaeque gentis illustrandum, quam ad imitationem, exemplumque, posteritatis, erga patriam piae, ualebit. At magnus excelsusque animus ingentes curas diu multumque sustinebat, ingrauescente tandem aetate, illis obruebatur, eo tamen tempore, quo uacatio aetatis ueniam daret a muneribus grauissimis requiescendi, atque in solitudinem, tanquam in portum, se recipiendi. Quod quidem otii genus neque uoluptati patebat, neque uirtutem, socordia languescentem, corrumpebat, sed ad exquirendos bonorum, malorumque, fines, ad excolendam sui cognitionem, denique ad explorandum bene beateque non modo uiuendi, uerum etiam moriendi, officium conferebat. Itaque, cum illi, ex Zenonis ac Chrysippi praescripto, ueritatem otiosi contemplarentur, eam tamen, in naturae recessibus absconditam ac retrusam, quaererent, saepius, quam inuenirent, aut quemadmodum rebanturn, inuentam ultra naturae caducae terminos non proferrent, hic quidem diuinitus patefactam illam, aeternam, neque fallentem, omni cogitatione complectebatur, in eiusque defixus studio, et ueram animi tranquillitatem consequebatur, et felicitatis, quae finem non habeat, adipiscendae, spem capiebat. Nec uero tam alienus a literis erat, quin sapientum praecepta, quibus recta, et seuera, uitiae agendae ratio initur, euolueret, atque excuteret, et praedicare soleret, multa in ueterum tam doctrinis, quam exemplis, extare, e quibus mirifici

FF 21 62.05
r. fici sapientiae fructus ad omnem omnino aetatem redundant.
Altiorum tamen, sanctioremque, uiuendi scientiam colendam pu-
tabat, quam neque Porticus, neque ulla sapientum familia assequa-
tur, quae non solum huius uitae dignitatem obtineat, sed etiam
ad gloriam sempiternam aperiat aditum, neque discatur ab homi-
nibus, sed ab ipsomet Deo tradatur. Quare, si Africanus ille Sci-
pio nunquam minus solus erat, quam cum esset solus, nec minus
otiosus, quam cum esset otiosus, ut pariter commemorat, atque ad-
miratur, M. Cicero, hic certe, quo longius ab hominum strepi-
tu, commercioque, semigrauerat, hoc familiarius cum Deo, e-
iusque amicis, quorum diuina sunt monumenta, uersabatur,
quantoque magis a terrestrium curis rerum uacabat, tanto plus
studii in commentary coelestium, et parando, instruendo-
que, ad futuram uitam animo, ponebat, Quibus rebus siebat,
ut, quod optimum factu cognosset, factis exprimeret, et, quantum,
ante id tempus in negotio, uiri, in comitatu Principum digni prin-
cipatu, splendorem, tantum iam, in otio, sancti, uenerabilisque, sapien-
tis grauitatem tueretur, ac dignus uideretur, cuius memoriam et
minor res publica, in Aula Saxoniae ab illo quondam ornata, nunquam
deponeret, et maior illa, in qua sapientis sui gloriam, illius finibus
circumscripam, cum sole metiebantur Stoici, ad imitandi ex-
emplum transferret. Quod si sapiens, ut ait ille, hoc ad otium
animo secedit, ut sciat, se tum quoque ea acturum, quibus utili-
tatem posteris afferat, nullum certe munus, sapiente dignius,
edere potuit Hermannus, quam illud, instituto apud nos liberalissi-
morum hominum coniuctu, in quo, ad omnem posteritatis mem-
oriam, uiri eruditu, qui reipublicae commodo sint atque or-
namento, edacentur. Tanti beneficii, quod in literas collatum
est, honor nunquam apud nos obsolesceret, qui, infixus in sensu
intimo, nostri nos officii admonet, ut anniversario hoc tempo-
re Maecenatis Praestantissimi memoriam renouemus, easque par-
tes deferamus Iuueni eximia cum virtutis, tum ingenii, doctri-
naeque, commendatione, DANIELI GOTHOFREDO LIEBIO,
Fribergensi, pio, gratoque, praconi Volframsdorffae munificentia-
e, in qua praesens, ac paratissimum, inopiae subleuandae pra-
sidium habet aequa, ac ueneratur. Extremum illud est, CIVES,
ut nos, obseruantiae duces, sequamini, illumque, hodie, ab H. II,
in Auditorio Maiori dicturum, frequentia stipetis, atque institu-
to, laudis pleno, humanitate uestra, et secundis animo-
rum studiis, adsitis. P. P. a. d. V. Kl. Sextileis,

A. R. G. 15. CC. XIV

V018
X 3455284


MC.



Z f
6205

F. K. 110.

22



PRORECTOR
DEMIAE VITEMBERGENSIS
ERICVS *Elausing*
LOG. DOCT. ET PROF.
TRAORD. LOG. ET METAPH.
ORDINARIUS
BVS ACADEMICIS
S P D

